OMNIBUS ARTIS CHEMICÆ STUDIOSIS BENE AGERE.

QUanquam non erat animus pro tenu mea parte ullum ſcriptum, ullamvè ſpeculationem in rebus Chymicis poſt diſquiſitionem de Helia Artiſta præterea de me edere, ponderatâ vel inprimis rerum hujuscemodi gravitate; tamen ſingularis quidam amor erga eos, qui huic arti propoſito Chriſtiano & ſtudio pie adhærent (inter quos & viri Principes) me fateor hu impulit, ut brevem hanc, ſed perſpicuam Cheiragogiam Helianam de auro Philoſophico, hactenus parū animadverſo, committerem luci, eamq; communicarem dignis, etiam atq; etiam ſtudioſè petens, ut eam diligenter ponderare ne graventur, ſi fortè de nonnullis præmoner hinc quiverint. Cum enim perlongo tempore hanc artem ſectatus fuerim, nec tantum perpetuis cogitationibus & ſtudio theoretico, multorumq; manuſcriptorum inſpectione, quorum mentio paſſim à nobis fit, ſed manuali inſuper labore, & experientiâ propriâ, quæ (u proverbio dicitur) vel ſtultorum eſt magiſtra, non ſin gravi intertrimento & attentaverim, & compergerim plurima, licebit mihi ſpero, aliqua ex parte hujus re conditionem & fundamentum ſtudioſis Chymiæ paul altius retegere & de me guſtum aliquem præbere, quo usq; vel cogitando vel ſtudendo vel conando operando ve per